



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica

Ab anno Christi 1702. usque ad annum 1708

Fleury, Claude

August. Vind. [u.a.], 1781

VD18 13322648

§. 16. Diversæ Sacrarum Congregationum decisiones.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-67633](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-67633)

§. XVI.

*Diversæ Sacrarum Congregationum
decisiones.*

Inter varias S. Congregationum deci-
siones a S. Rituum Congregatione
die undecima Februarii declaratum le-
gimus, quod Regulares, & nequidem
Moniales Ordinariis subjectæ possint re-
citare Officium de octava Patroni prin-
cipalis sine speciali indulto, sicut nec
officium de octava Dedicationis Ec-
clesiæ Cathedralis, sed duntaxat te-
neantur illud recitare sub ritu duplici
secundæ classis sine octava. Ad du-
bium vero, ad quem spectet ministrare
sacramenta Episcopo infirmo, eoque
defuncto Officia celebrare? eadem
Congregatio respondit: servandum
esse cæremoniale in omnibus. Enata
erat gravis contentio inter Dominica-
nos & Patres Conventuales in urbe
Aliphana circa processiones eorum,
unde eadem S. Congregatio die decima
octava Martii respondit, quod P. Do-
minicani possint prohibere aliis Reli-
giosis, ne in die Dominica infra Octa-
vam SS. Sacram. peragant processio-
nem ejusdem Sacram. non tamen va-
leant prohibere supplicationem S. An-
tonii Patavini (si dicto die occurreret)

Patri-

Sæc. XVII.
A. C. 1702.

*Decif. S. Con-
greg. Rit,
Immun.
Bull. magn.
Clem. XI.
part. 2.
fol. 243.*

Sæc. XVII. Patribus Conventualibus, dummodo
 A.C. 1702. fiat diversa hora, & data prælatione
 temporis Dominicanis de mane vel ve-
 spere. Die autem nona Maij a S. Cong-
 regatione Immunitatis decisum, quod
 absolutio vigore Jubilæi non suffrage-
 tur censuratis ex causa violatæ Im-
 munitatis Ecclesiæ, sed reaffigi possint
 ac debeant schedæ. Denique a S. Ri-
 tuum Congregatione die nona & deci-
 ma octava Decembris decretum, quod
 fæminis quantumvis Nobilibus, nisi
 sint Reginæ vel magnæ Principissæ,
 non detur per Ministros Ecclesiæ so-
 lemniter celebrantes Thuris & Pacis
 honor, non obstante consuetudine con-
 traria, & quod, cum in nocte Nativi-
 tatis Dominicæ non sit administranda
 fidelibus Eucharistia, neque post pri-
 mam Missam celebrandæ sint duæ
 aliæ Missæ.

§. XVII.

*Monasteriensis Synodi Diæcesanæ
decreta.*

*Concil. Ger-
man. t. 10.
pag. 277.*

Rursus hoc anno Fridericus Christia-
 nus de Plettenberg Monasteriensis
 Episcopus die decima septima Octobris
 Monasterii Diæcesanam celebravit Sy-
 nodum, in qua Clericis suis ad offi-
 cium in Choro decantandum designatis
 inhi-